

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567CollectionMythologia, Venise, 1567 - Livre IXItemMythologia, Venise, 1567 - IX, 10 : De Pandione](#)

## Mythologia, Venise, 1567 - IX, 10 : De Pandione

**Auteur(s) : Conti, Natale**

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX**

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 10 : De Pandione](#)□

*est une version augmentée de ce document*

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX**

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 10 : De Pandion](#)□

*est une transformation de ce document*

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX**

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 11 : De Pandion](#)□

*est une transformation de ce document*

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Mythologia I

hortabantur; & omnino per fabulas de hominibus confictas vitam humanam optimis moribus instituire conabantur. Sic igitur per Lycæonis fabulam, cum, vel Deos ipsos in hospitium mortalium aliquando accedere sumpta pauperum figura dicerent, humanitate aduersus omnes hospites vti oportere significabant: quod si quis parui Deorum præsentiam facere videretur, neq; moueretur eorum reuerentia, quia Deos nemini infensos esse crederet, hunc ingentibus præmiis & pollicitationibus ad probitatem adhortabatur, cum multa præmia honorifica data sint à Diis, humanis & benignis hospitibus: quale fuit munus Triptolemi. At contra permulta sunt exempla, quæ à crudelitate & perfidia in hospites deterrebant, quod accidit conuiuio Pelopis, & eorum qui grauissime ob suam crudelitatem ab Hercule, & ab aliis Deorum filiis sunt oppressi. Quis enim cum videat ex altera parte ingentia supplicia fontibus à Diis irrogari, ex altera laudes, & gloriam, & honorifica præmia viris bonis esse proposita; supplicia potius elegerit, & se sanx mentis esse fateri audeat? At de Lycæone satis, nunc de Pandione dicamus.

10

De Pandione,

Cap. X.

- 20 **F**uit Pandion illius Erichthonii, qui, pulso Amphictyone de regno, Athenis imperauit, & Pasithea Naidis Nymphæ filius, vt scripsit Apollodorus libro tertio Bibliothecæ. Hic mortuo patre Erichthonio in regnum successit, quo tempore Ceres & Liber pater in Atticam venerunt. Fertur vir bonus fuisse Pandion, sed vna in re parum fortunatus, quod filiam prognem, (nam illam & Philomelam, & geminos Erechtheum ac Butem, à Zeuxippe matris suæ sorore susceperat, vt ait Apollod. lib. tertio.) Terro Martis & Bistonidis filio, quo socio in bello de finibus aduersus Labdacum usus fuerat, strenuo sanè viro, at nefario, & in libidinem propè furioso, in matrimonium concesserit. Eius enim libido ipsum denique in eam rem demeritarum difficultatem induxit, vt ipsi in vrpam verti satius fuerit denique, quam hominem viuere; cum Progne & Philomela & Itys in aues fuerint conuertæ cum summa eius familiæ ignominia & opprobrio, vt ait Hora. lib. 3. Carminum;

30

Nidum ponit, Itym stebiliter gemens  
Infelix auis, & Cecropiæ domus  
Aeternum opprobrium.

- Fuerunt autem Pandiones complures. Dicunt enim quod vbi Boreas Zetem & Calaim ex Orythia procreasset, & Cleopatram, illa nupsit Phineo, de qua ille Pleuxippum & Pandionem suscepit, quamuis alii eos vocatos fuisse Terymbam & Aspondum maluerunt. Hi post matris mortem parui adhuc existentes ab Idaea Dardani filia, vel, vt aliis placuit, Idothea nouerca, Cadmi sorore lumine capti sunt: de quibus scripsit Apollodorus lib. 3. Fuit alius Cecropis & Metiadusæ Eupalami filius; sed reliqui omnes obscuri sunt, cum vnus Erichthonii filius, qui patri in regnum successit ob eam familiæ labem celebratus fuerit à poetis. Hic filios habuit Aegeum, Lycum, Pallantem, Nisum, vt ait Strabo libro nono, qui etiam carmina quædam ad eam rem confirmandam à tympanistis Sophoclis recitauit in quibus etiam descriptum est, quæ loca singulis filiis pater possidenda tribuerit. Quod autem Aegeus Pandionis filius patri in regnum successerit, ita scriptum est à Phænodemus in lib. 5. de rebus Atticis;

40



καὶ ἀρῶται τὰς ἐπαύτας . διότι οὗτος χαλαρίσας βασιλεὺς . Aegæus Pandionis filius cum imperaret Athenis Metam primum Hopletis filiam vxorem duxit; postea Chalciopen secundo natam ex Rhexenore . Sic Zezes hist. 142. chil.7. illi alios mares fuisse inquit ;

τῶ βασιλεὺς τὰς ἐπαύτας παύσει τὴν ἀλῆτην  
ἔργον παύσει ἔλασσε καὶ ἀνατίθει δύν .

Regi Athenarum nomine Pandioni  
Mares erant filii , duxq; filia .

Hæc cum ita sint, miratus sum cur scripserit Pausanias in Atticis, Pandionem nullos habuisse filios, qui suas iniurias persequerentur, quas à Rege Thraciæ acceperat: nam si noluisse filios iniurias persequi dixisset, facile illi assentirem . Hæc pauca dicenda duxi de Pandione, cum filiarum fabula superior explicata sit, vt si qua ibi desiderarentur, hinc accipi possent . Atq; cur ficta sint hæc, ex illis superioribus arbitror patuisse . At nunc de Erichthonio .

10

De Erichthonia .

Cap. XI.

**E**Nimvero dictum est superius, Vulcanum cum arma Ioui, quibus in bello aduersus gigantes vltus est, fabricasset pro laboris diligentiaque mercede obtinuisse, vt Iupiter iuraret per Stygiam paludem quodcunque poposcisset, se illi concessurum . At Vulcanus Mineræ nuptias, cui Iupiter perpetuam virginitatem concesserat, postulauit: id abnuere quidem non potuit, sed clam Mineram monuit vt reluctaretur . Cum igitur Mineram adisset Vulcanus, dicitur inter luctandum semen profudisse, quod in terram fusum in hominem conuersum est: quare inquit Pausanias in Atticis huic patrem fuisse neminem mortalium, sed quoniam ex terra & contentione sit genitus Vulcani, ita fuisse nominatum . Hunc terrigenam & inter serpentes educatum fuisse scripsit Eurip. in Ione hoc pacto ;

20

ἀρῶται ἑρμὸς εὐρύστα, τὴν γυναικῶν  
ἐρχθόνιον . κἀντὶ γὰρ ἡ εἰς κέρπε  
φρονεῖ ἀρῶται φουλκὰς εὐρυτάς  
διατὶ θράσεται, ἀρῶται ἄραυλῆς  
αἰδῶται σάξον . τῆς ἐρχθίδος ἰσθ  
Νόμιε τίς ἐστὶν ἀφῆκε χρυσοδάτια  
τρίφω τῆς .

30

Seruans auorum legem, & è terra sati  
Erichthonii . Iouis puella namq; ei  
Duos dracones corporis mox addidit  
Custodias, deinde seruandum dedit  
Atheniensibus puellis . mansit hinc  
Mos ille Erechthidis vt ornent filios  
Serpentibus aureis .

40

Alii tamen dictum fuisse volunt non à contentione, quam ἔρις significat, sed ἀπὸ τῆς ἰρίνης, à lana scilicet, qua Minerua semur sibi absterfit, cum semine Vulcani inquinata fuerat, in terram coniecta . Inde postea dicti sunt terrigenæ omnes Athenienses . Neque vero Erichthonius solum, sed etiam Erechtheus dictus est; sic enim illum nominauit Home. in Catalogo ;

46